Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput II. De nomine substantivo

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

Acris: Celeber & bris: Hæc Menda, Hoc Mendum: Hoc Sinapi, Hæc Sinapis, &c.

De his infrà.

CAPUT II.

DE NOMINE SUBSTANTIVO.

* *Qvid eſt Nomen Subſtantivum?*

1. Subſtantivum[1] eſt, cui non poteſt addi Germanicè, Man/ Weib/ Ding. *ut, Homo, Eqvus.*

Vel, Cuius ſignificatio per ſe abſqve altero addito intelligitur.

* *Qvotuplex eſt Nomen Subſtantivum?*

Duplex: Proprium & Appellativum.

* *Qvid eſt Nomen Proprium?*

2. Proprium eſt qvod uni certæ[2] rei in aliqva ſpecie convenit. *ut, Julius, Roma, Albis.*

□ Dialecticis Individuum; vel Nomen rei numero determinatæ.

* *Qvid eſt Nomen Appellativum?*

Appellativum eſt, qvod multis indifferenter eſt commune. *ut, Homo, Urbs, Flumen.*

△ *Qvot ſunt terminationes Subſtantivorum Mobilium?*

Maſculina pro ſua indole terminationes habent varias[3]. Fœminina autem, ſi
3. Latina ſunt, plerumqve terminationem Maſculini in A mutant. *ut:*

Tullius

Tullius *Tullia.*
Dominus *Domina.*
Seqveſter [4] *Seqveſtra.* 4.
Servus *Serva.*
Coqvus *Coqva* [*Plaut:Pœn.* 1,2.]
Cervus *Cerva.*
Filius *Flia.*
Paraſitus *Paraſita.* [5] [*qvanqvam* 5.
&c. *hoc Græcū.*]

Excipiuntur I. Verbalia in TOR, qvæ Fœminina in TRIX formant. *ut,*

Victor *Victrix.*
Auctor [6], αὐξητής, *Auctrix.* 6.
Nutritor *Nutrix* [*Syncope pro-Nutritrix.*]

Sic horum imitatione, *Expulſor, Expultrix,*

II. Compoſita à Cano in CEN, qvæ faciunt CINA. ut,

Hic Fidicen *Hæc Fidicina.*
Tubicen *Tubicina.*
Tibicen *Tibicina.*
Sic & *Flamen* *Flamina.*

III. Qvæ peculiarem qvandam rationem habent. ut,

Avus *Avia,* *Nepos* *Neptis.*
Socer *Socrus,* *Puer* *Puera,*
Vir *Virago & Vira.* *Rex,* *Regina.*
Gallus *Gallina,* *Leno* *Lena.*

Sic, *Antiſtes, Hoſpes, Soſpes,* etiamſi Communia ſunt, tamen & Fœminina

de ſ:

de ſe derivant, *Antiſtita, Hoſpita, Soſpita.* [Qvod poſtremum tamen Junonis cognomentum eſt. Sicut & *Soſpes*, alicubi Jovis.]

Qvæ verò manifeſtè Græca ſunt, aut aliàs Peregina; à Græcis tamen Latinis tradita; Græcorum etiam formam retinent. v.g. I. Maſculina in O vel ON, Græcis in ων, Fœminina formant in ÆNA. *ut,*

Draco — *Dracæna.*
Leo — *Leæna & Lea.*
Laço vel Lacon — *Lacæna.*
Præter *Python* — *Pythoniſſa.*

II. In της Græcis finita, Latinè autem in TES vel TA deſinentia, Fœminina vel in TIS formant, vel in TRIA.

In TIS qvidem, præcipuè Gentilia. *ut:*

Spartiata — *Spartiatis.*
Crotoniata — *Crotoniatis.*
Sybarita — *Sybaritis.*

Huc referuntur & in θης deſinentia. *ut, Scytha vel Scythes, Scythis.*

Qvod & qvædam in US deſinentia imitantur. *ut, Achæus* — *Achæis.*
Chananæus, — *Chananæis.*

In TRIA verò, ſi Artium, Habituum, vel Officiorum adminiſtrationem ſignificant. ut,

Poëta — *Poëtria.*
Pſaltes — *Pſaltria.*
Cithariſta — *Cithariſtria.*

Propheta

Propheta	*Prophetria.*

Qvædam tamen etiam IS & ISSA admittunt. *ut, Propheta, Prophetis, & Prophetiſſa.*

III. Gentilia aliarum terminationum, ex autoritate ſunt petenda, & ex ſimilibus ſimilia iudicanda. ut:

Cres	*Creſſa.*
Thrax	*Thraßa, Threßa, Threißa.*
Tros	*Troas, Troïas.*
Phœnix	*Phœniſſa.*
Æthiops	*Æthiopiſſa.*
Libys vel Libs[7],	*Libyſſa, Libyſtis.*
Phryx	*Phrygia.*

CAPUT III.
DE NOMINE ADjectivo.

* *Qvid eſt Nomen Adjectivum?*

Adjectivum[1] eſt, cui Germanicè addi poteſt, Man/ Weib / Ding. *ut, Albus, Niger.* 1.
† Vel, Cuius ſignificatio abſqve altero aliqvo intelligi non poteſt.

△ *Qvot terminationum ſunt Adjectiva ratione Motionis?*

Omne Adjectivum, vel eſt unius terminationis, deſinens in Poſitivo Tertiæ, aliter qvàm in IS. *ut, Hic, Hæc, Hoc Felix, Sapiens, Arpinas*[2], *Pauper*[3], *Qvatuor, Qvinqve, & re-* 2.3.
liqva Numeralia Cardinalia uſqve ad Centum, ut & Mille Adjectivum, &c.[4] 4.